


40

P. lat. rec.

103

a

W



P. Lat rec. Ep. 103 ~~2.~~

Andretinus

W

416 333 577 000 14



W4 P. Lat. rec. 103a

#225.

P. Fausti Andre lini Foroliniensis Poete Lau-

reati atq; oratoris clarissimi Epistolæ
pueriales cū suis argumentis lō
gelepidissime, nec minus
sententiosæ.

P. Fausti ad illustrem Franciæ Cancellariū
Guidonem Rupefortem epigrāma.

Hactenus antiqua strinxī, noua carmina lege
Nunclaxo certis verba ligata modis,
Fastidita petit varium mea musa palatum
Non vno est semper mensa paranda cibo.
Primum igitur parui fructum donamus agelli
Crescat vt auxilio copia larga tuo.
Si forte aspirans de rupe Fauomius adsis,
Cornua fœturæ plena recentis erunt.



FAVSTVS ILLVSTRI FRANCIE
Cancellario Ioanni de Ganay Mece= nati suo felicitatem.

A Gerem diffusiore tecū epistola illustris cans cellarie, ni taftā molē sustineres, vt athlas ille celifer esse videaris. Helleboro nec paucō sane indiget, qui loquaciorē quā par sit, Thersitē refe rat, apud eū p̄sertim, cui nō modo supuacanea nō le gendi, sed ne respirādi quidē ociū suplit. Quid enim īportuno locutore stultius aut dīcī, aut excogitari po test. Itaq; laconē potius quam turturē īsequar, ne & plixior siam quā ipse velim, & tu plus equo degraue ris. Extreme siquidē demētie foret, in eā me garrulitatē incidere, quā in aliis dānandā duco. Guidoni ru peforti pueriales ac morales (nescio quas) epistolas īcīrco dedicādas censui, qm̄ nihil vñq; p̄termittebat quod ad me, vel iuuandū, vel ornandū attineret, Nā quo altiori fastigio eminebat, eo hūaniorē se p̄bebat ī oēs, p̄sertim litterarii nominis p̄fessores. Quanq; inter eos sum ego tanq; nycticorax ad solē, vel nihil vel parū admodū intuens. Ingrati, mēdaces itē, ac es alienū cōflantes, grauissime quidē apud Persas ple cteban̄, sed in ingratos seuerius, quā in alios animad uertebaſ, q̄ nihil tā detestabile sit q̄ collatū ī se be neficiū nō agnoscere. Maior insuper adagialiū apud me epistolarū aceruuſ cōgeritur, que nihil aliud om nino, preter publicū affectant. Ne semp̄ īter charta ceum puluereūq; sitū immarcescāt. Eas cui iustius, q̄ aut tibi aut germano fratri deuoueā, certe habeo ne minē, vtpote q̄ vtriq; vſcq; adeo obstrictus sū, vt nūq;



verbis conséqui possim Nō mihi si centū lingue sint,
oracq; centū, ferrea vox. Esto infaceto rure, infacetio-
res nugas offerā. Artaxerxes Persarū rex nō tam do-
nū, quā donantis animū, exosculatus est. Neceos dī
aspernan̄, qui cū tura nō habeant, salsa tm̄ mola līter.
Vale O & presidiū, & dulce decus meum,

P. Fausti Andrelini Foroliuiēsis poete regii. Ad
illistrē Frācie Cancellariū Guidonē Rupe-
fortē Prouerbialiū moraliūq; epistola=

rum liber primus,

ARGUMENTVM EPISTOLE PRIME.

Q; hactenus in pducendo tm̄ carmīe insudaue-
rit, nūc demū solutā orationē aggrediat.

I existimare illistris Cācellarie , me eo in al-
bo esse , in quo vel antiqui vel recētores ora-
tores inscribūtur nihil certe aliud facere , q;
aut noctuam aquile , aut testudinē pesago cōmiserē.
Oratoriū em munus , non mō primoribus labiis nō
gustaui , nec extremis digitis attigī , sed ne a līmē qdē
salutaui. Nō nihil sū conatus illud peniculatim effigi-
are , ceterum vix ad vmbra pximus accessi , q; opī ma-
nus artificiūq; defuerit . Sub censurā aleāq; tuā venit
hoc (quicqd est) vmbrialis simulachri . Quū iudiciū
habeas ad perpendiculū adamussimq; quadratū , nō
tantum erepidam (vt Appelleus sutor) sed totam po-
teris imaginem non indigne censere . Nihil inuenies
omnino qd vel Demosthenis , vel Ciceronis lucernā
oleat . Nam in carmine producendo omnē ferme eta-
tem consumpsi , atq; vtinam exquisito potius , quam

A ii

numeroſo Vergiliūm (vt ait Seneca) illa felicitas inge-
nii ſoluta oratiōe deſtituit, Nō inficiant̄, cū alii tum in
primis verſiculus ille cōſularis . Ciceronē: alioqui lati-
ni parentē eloquii; inuitis (vt aiunt) muſis ceciniffe O-
fortunatā natam me cōſule Romā · Felix qui, adiuuā-
te natura, potuit vtrūq; dicendi genus aſſequi. Om̄is
quippe ars repugnāte natura (ſi Quintiliano credit̄)
vel parum vel nihil prorsus valet, De me inter orato-
res (vt ingenue fatear) iure dici pōt protritū ac vulga-
re puerbiū. Nūquid & Saul inter prophetas? Sed vo-
lui multa deguſtare, quippe qui faſtidientē habeā ſto-
machū. ex diutina ſcribēdi carminis agitatione. Qui
aut fieri poſt, vt poeticā q̄s calleat, oratoriā autē ig-
noret, quū ex ipſo carmine pedeſt̄is oratio, pfluxerit
Alia eſt (vt ſcis) noſcendi fili rō, alia vero contexendi.
Exercitatiōe cōſumat̄ q̄cquid natura arteq; percipiſt̄,
vbi abſit exercitatō ibi aut naturalis, aut artiſcialis pe-
ritia vt cefſet neceſſū eſt, cum tota virtutis laus (vt pre-
clare ſcriptum eſt a Cicerone) in ipla tantum actio-
ne conſiſtat. Itaq; vt demum ex tabula manum tolle-
rem, tumultuaria ſucciſiuaq; lectione recognoui non
nullas (quoad potui) epiftolas, quas iādiu ad varios
ſicut moſ eſt) vel amicos vel inimicos, p̄cipitaueram
Eas tibi nuncupatim dico deuoueoq;. Dixeris fortas-
ſe & merito qdē. Quid mihi Fauste cū epiftoliis iſtis
tuīs, ſiculis gerriſ, perſicisq; nugis vaniorib; ſ. Scio
ego miſuauifſime, Guido, haud illas eſſe, que precla-
ris ac maximis tuīs in me bñficiis rñdeant, ſed vt au-
toritate tua elephātos ex muſcis facias, & paruo pedi-
magnoſ calceoſ circūdes, ſi eq̄boniq; feceris, forſitan

ex arido pumice ea in futurū scatebit aqua, cui (vt ar-
rogati scule loquar) vel exūdās Nilus iuideat. Vale.

ARGUMENTVM EPISTOLE. II

¶ Amico reconciliato aut raro aut nunquam fidēdū.

Ogerer pfecto Antoni more sardinio pfu-
c sius dissolutiusq; ridere, q;uis Licinius cras-
sus seu Phociō Heraclitusue, aut Philippus
Romanorū impator forem, quos iccirco agelastos, id
est irrisibiles nūcuparūt, q; ille semel in uita, hi vero ri-
serint nūq;. Quis ita frōtem caperat supciliumq; subdu-
cit, qui plane Democritū ageret domi forisq; cachin-
nante exclamantemq; illud Lncretii carmen, O cecas
hoīm mentes, o pectora ceca Quū tu qui litteras, ne
de facie quidē agnoscis, in omnes tū doctos tū mori-
geratos oblatres. Qd' certe perīde est, ac si audeat vī-
culex elephantē mordere, vel formica leonē tondere.
Nō ignorabas de duobus corporibus vnā eandēq;
esse & meam & fernandi aīam, sicuti amicitie candor
ac vis exigit. Que demū (auctore Salustio vera est)
quū idem velle idemq; nolle accesserit. Tu vero tam
sancte tanq; feruenti bñuolentie inuidēs, haud quaq;
erubuisti, tanq; is q; frōtem pfrectam habeas frigidā
inter nos aquā suffundere. Quod cū olfecissimus, nō
iniuria cēluimus, te aut noctuā inter cornices, aut ali-
num inter simias habendū Dii boni q; verax est plau-
tiaū illud. Lupū esse hoīem homini, non hoīem, qui
qualis sit nō nouit, Nūc demum vela vertis, studeſq;
duos parietes ex vna fidelia dealbare, & vno saltu du-
os simul apros capere, Nam subinde dicere soles ope-
ra nostra, ita ad vnguem leuigata, pluteumq; ac de-

morsos vngues sapientia, ut ne a Momo quidē carpi
queant eos in presenti melle dulcoras quos otius aloe
in amaricasti, ne prestoleris reciprocā laudatiōis talio-
nem. Hoc em̄ esset mutuū mulos scabere, senesq; se-
nes cōfricare, nos alerius frictione haud sane indige-
mus, vt pote qui vngues habeamus eā ad rē nō inha-
biles. Nos qui nobiscū habitamus, nō extra nos que-
rimus, nostrisq; nos pedibus metimur, Chilonis pre-
ceptū imitātes, pforibus templi Apollinis inscriptum
gnothy se auton, id est nosce & ipsum. At tu duabus sel-
lis insides, sempq; aque inheres, nec in solido cōsistis
vnquā, tanta vteris & fluctuatiōe & incōstantia, nō
ne hoc est vel cothurno instabilius, vel nebula vani-
us in pariete depicta te mō hunc modo illū pro viri-
bus sauciare. Deinde illatū abs te vulnus demulcere.
Tota via totone celo aberras si arbitraris nos in saxo
venditare, non sunt nobis oculi lolio viciati, quin ser-
pente aquilacq; acutius itueamur Quorsum tēdat pal-
pans & subdola hecadulatio nec tantū aque lethes bi-
bimus vt persii simus immemores, sic in assentatores
excandescentis, Bellū hoc excute totū, quid nō intus
habet, ne talpas putas, qui nō vularū mō, ac lyncum,
sed etiā caprearū oculos habeat Velim tibi psuadeas
bifrontes nos Ianos esse, in quos a tergo nequeat vel-
ciconia pinsere, vel asinus auriculas mouere, vel canis
liguā exerere Te qui nō nouit tollat, illiq; cētones far-
cias qui albus an ater sis nesciat. Nos aut nō potes vl-
lo quo quis pacto supplantare, qui te ab vnguiculo ad
summū capillū, quiq; intus & in cute exploratū habe-
amus Vna manu panē ostentas, altere lapidem celas.

Quod quidē est litū melle gladiū offerre, monstrum
alere, clauū clauo trudere, tragulā iūcere, fabricā stru-
ere, palpū obtrudere teque vestitu ac creta occultare.
Introrsus turpē, sed summa in pelle decorū. Necq; a si
mulata crocodilli natura alienum, qui viso a se homīe
statim illachrimat, eundemq; mox deuorat. Hinc cro-
codilli lachryme tanquā fīcte deuitandecq; nomināt.
Tibi q̄ optime quadrat, qd' de fīcto falsoq; amico scri-
ptum est ab Horatio. Hic niger est, hūc tu romane ca-
uetō Sed quid horatiū p̄fero, tametsi ab hieronymo
& doctus & acutus appellat, cū sub ouīna pelle eauē
dos lupos p̄cipiat redemptor ille noster, qui solus est
nō tam renum quā cordiū p̄scrutator, p̄scaris tu qui-
dem in aere, in mariq; venaris, si ex palinodia exora-
re recōciliationē credas Prius testudo leporem cursu
p̄uertet, currusq; bouē trahet, quā hoc v̄la me vel fer-
nando impetres. Semel staterā transiliisti. Nō est am-
plius hyrundo sub tectū admittenda. Inimico recōci-
liato aut raro aut nūquā fidas. Imputādū est pisci si re-
diens ad euasum semel hamum deprehēdat. Stultum
est dicere nō putaram. Frustra Neptunū inuocat qui
secundū patitur naufragiū. Veterem pelliculā haud
facile exuit, qui iā diu fraudib; occalluit. Nōne om-
nia tam ciuilia quā pontificia iura p̄clamant, eū semp
malū fore qnē semel malū fuisse cōstiterit, eodē preser-
tim maligni gēnere Nos neq; austeros admodū neq;
inexorabiles ariopagitas dixeris, An nescis malo no-
do malū cuneū q̄redū eē. Si tibi machera est & nobis
vrbina, sua ē & formicis ira, si a frōte a tergoq; diligē-
ti cōsiderasses in eadē prora ac puppi remū duxisses

ab ouoc̄ ad mala vsc̄ aheneus iter nos mur̄ stetisſes
Te vt euitemus ansā dedisti, fenestrāc̄ apuisti. Capra
gladiū quo mactaretur adiuenit. Faber quas fecit cō-
pedes ipse gestat. In expuentē recidit quod in celū ex-
puit. Suo sorex indicio periit. Potes tu qui malī fontē
reperisti, tuoc̄ iumento accersisti, cū ouidiana Phylli
de nō immerito cōqueri. Heu patior telis vulnera fac-
ta meis. Proprio ligone seipsum pcutere, vinetaq; sua
cedere, ac in factā a se foream decidere, quā imprudēs
incautūc̄ sit, vel lippis atq; tōsoribus notū est. Esto
in pristinam nostrā necessitudinē recipiaris, dic sodes
dic inquā, cuinam vsui esse possis in re preserīm littes-
raria: ei nempe cui & canis in balneo. Quid graculo
cū fidibus? quid asino cū lyra? qd sui cū amaracino?
vide quanti te faciamus, vel laudantē vel vituperantē
vino vendibili haud opus est suspensa hēdera. Canis
qui plurimū latrat perraro mordet, Qui ex seip̄sis de-
pendent, & tibi & tuis simillimis laqueū mandāt, me-
diūc̄ vnguē ostendūt, Non elephas culicē, nec dē-
tati edentulos curant, Puerile est, fulgur ex vitro me-
tuere. Vale.

TARGVMENTVM EPISTOLE, III.

¶ Qz Aeneis ab om̄ibus intelligaſ, dubia
habens cum Iliade palmam,
Ontra fluminis tractū admiterer (ſuauissime)
¶ Deliſi te minimo puocarem, essemq; Ica-
ro ac Phætonte, ne dicā gigātibus audatior
Si te qui emunclias purgatasq; nares habeas, naſo ſuſ-
penderem Nō cuiusq; eſt naſum habere, nec Chorin-
tum petere, ſed ſepius holitor valde opportūe loqtur

Latet & sepius sordido in panno sapientia , non sum
ego neq; Harpocrates , neq; Angerona , quorū alter
ab Aegyptiis , altera ab Rōanis obligato ob signato-
q; ore depingebat ad silentiū videlicet indicandum ,
vnde vice prouerbii a luuenale vsurpat , digito cōpe-
sce labellū , Noscis dentē esse lingue claustrum , ne aut
tanquam cicada ob strepat , aut rana seriphia ob mute-
scat . Tantalus ob garrulitatē ad inferos est detrusus ,
Amicle autem tacēdo periere , Omnibus in rebus (te
ste philosopho) damnanda est defectio Ne simus ex
his de quibus dicit Horatius dum vitā stulti vitia in
contraria currunt . Cui astipulatur & Neothericū il-
lud adaginm , haud quaq; aspernandū . Incidit in scyllā
cupiens vitare charibdim , seu mauis & aliud Incidit
in prunas cupiens vitare patellam , non ab re Flaccus
iquit . Est modus in rebus sūt certi deniq; fines . Quos
vltra citraq; nequit cōsistere rectū , quare vt est apud
Homerū Circe Vlyssēm admonebat Extra vndā &
sumū lōge compelle carinā . Qui vero errantē intue-
tur , neq; mutire quicquā audeat , ac si oleū in ore ferat
non tam in culpa est quā si ille idem aberraret , Sicut
apud Athenienses piaculum erat , erranti viam non
monstrare , ita & mōstranti nō credere . Necq; supcili-
um corruges , si Cato in Catonē inciderit , ac tecū plau-
stro loquar , Mec remulco , sed plena vtar velificatiōe .
Audiēdus sep est , cui (vt Lacedemonio Apollini) q;
tuor insunt aures . Bos lassus fortius (vt refert Hiero-
nymus) pedem figit in quē iunicus seu Darhes in En-
tellum procumbit , quorsum hec : vt itelligas in Enei-
de , quam tu propediem es aggressurus agnū natitare

B

leonemqp submergi , necqp in ea reperiri qd pueri clausi
mitant sese in faba reperiisse . In virgiliana nuce , quo al-
tior nucleus absconditnr , eo ignotior medulla latitat ,
nec eam queuis sus penetrat . Eneidos ego glaciē Par-
rhisii abscondi , foreqp apui , nec semel coactus sum ca-
put scabere , viuosqp ac crudos vngues arrodere . Nō
enim mihi , necqp intus canebam . Nimirum circulum
absolutuit atqp omnium puc̄tum refert qui Gordii nos-
dos in Eneide veluti Alexander gladio dissoluat , que
quis secus censeat cornicum oculos cōfixerit . Habet
Virgilius cum Homero dubiam (ut Satyricus testat)
facientia carmina palmam Vrsina lingua ita Eneida
effigiauit , vt instar mundi (auctore Macrobio) con-
structa videat . Nam vt mundus , ita & Aeneis rerum
diuersitate concinnatur , si Crassi grauitatem . Crispī
breuitatem . Frontonis siccitatem . Ciceronis copiā ,
Plinii Symachicqp pinguedinem floriditatem ac deni-
qp riui lenitatem , torrentisqp impetum requiras , in
vna tantum Eneide comperies , que quidem vna
est in omib⁹ , & omnia in vna . Despumat illius vin-
demia ex variis hincinde racemis vndecim annos se-
lecta , eoqp prelo expressa , quale antea latini degusta-
rant nunquam . Defecatur & in ea vinum omniū pa-
lato ambrosia nectareqp suauius . Vix incepit a Ver-
gilio eneidos tanta fuit fama , vt Sextus Propertius
predicere non dubitauerit .

Cedite Romani scriptores , Cedite Graii

Nescio quid maius nascitur Iliade .

Cui Ouidius astipulatur scribens . Et profugum
Eneam alte primordia Rome . Quo nullum latio clas-

rius extat opus , Maro ad Augustū rescripsit de Aenea suo, tantam quidē reminchoata esse, ut pene mentis virtio defecisse videretur. Papinius Vergilii Simia non erubuit Thebaida duodecim a se annos elucubrata hinc ȳ sibus alloqui. Nec tu diuinā eneida tenta Sed longe sequere, & vestigia semper adora . Alexander Romanus Imperator dormitus iubebat sp̄ceruicali Vergilium supponi , sicut & Homerū Alexander Macedonū rex, ille vt ad Aenee hic ad Achilis typum sese fingeret. Vergilius nullius expers discipline, neq; laude (vt inquit Macrobius) extollitur, neq; vituperio deprimiſt quem Augustinus scribit, propterea a paruulis legi, vt videlicet poeta omnium preclarissimus atq; optimus teneris annis ibibatur , nec ita facile obliuione aboleri queat. Cauē igitur ne illos pedibus tam diuinam interpretationem attentes, sis & caput absq; lingua pedāriamq; sententiā sequaris neue canis ex Nilo bibas. Cauē inquā ne remis velisq; nauiges , & sero phryx sapias . Ardea incassum aquam culpat Vtere usurpato ab Augu. Cesare prouerbio , speude bradeos , Id est festina lente , nam vt Catoni placet sat cito , si sat bene. A seipso fallitur, qui sibi est aut Suffenus, aut Meuius, Sose autē fallere nihil est neq; vanius neq; perniciosius. Vale.

¶ ARGUMENTVM EPISVOLE. IIII,
¶ Non esse antiquatis, oblitteratisq; verbis vtendum

Doleo in imensū q; hacien^o ad parietē, seu potius ad mortuū ȳba fecerī, qd' q; sis asinus stramen pluris faciens, quam aurum , etem mētis inops est, q; sanctū

B ii

cani det, ante suem rosas, margaritasq; dispagat. Si co-
gitassem nihil retibus trahere, nunq; certe pressissem,
quem cogor in presentia pollicē vertere. Surdo asel-
lo narrata est fabella, quū dolam, qua tu ad rubricam
leuigareris attuli Quid loquendi sartagine abuteris,
ac mecum quasi cum matre Euandri sermocinaris? Ve-
tus rancidūq; lardum sapit, qui verba multis iā secu-
lis obliterate, & a sequenti demū etate exauctorata re-
uocare in lucem studeat, sempq; in ore habeat, aut ve-
nosum Acciū aut verucosum Pacuuium. Quēadmo-
dum & is qui p furfureo pane apludā, pro fetido vi-
no floces v̄surpabat, Et impator hadrianus adeo yes-
tustatis amator, vt Ciceroni Catonē Vergilio Enniū
Salustio Ceciliū p̄tulerit, eademq; iactatione de Ho-
mero ac Platōe iudicauerit. Quoties q̄ties admonui
vt & atticis Gellii noctibus inuigilares, & in Macro-
bii apud Vectium symposio conuiuareris, illic si pre-
ceptorem nō austris immisisses, audiusses utiq; viuē-
dū esse moribus preteritis q̄ honesti, q̄ sobrii, q̄ mo-
desti fuerint, p̄sentibus aut̄ verbis loquendū audiuis-
ses, & C. Cesarē a toto cetu summo plausu exceptum
qui primo de genealogia libro scriptum reliquit, insol-
lens atq; infrequēs verbū tanq; scopulū euitandum
esse nisi v̄su renascat, penes quē vis est (vt testat̄. Ho-
ratius) & norma loquēdi. Saltantē camelū facit q̄ anti-
quā recētioribus ruditatē ostētāt. Infecūdi q̄ppe inge-
nii est premōstrantē (q̄q; illi debetur plurimū) nō ex-
cedere. Haud īmerito posteri & de deo & de natura
cōquererent, si qd̄ maiores, vel labore vel īdustria ex-
cogitarūt, nō possent & minores illud idē & melius

fortassis comperire, dummodo ea rerum curiositate
exagitarent, ad quam prisci meruos oes intederunt. Non
aliis nec plnribus certe membris & nos simus, compa-
cti erat, necqz ingenio nepotibus pstant, nisi p gna-
uitate ignavia, p contemplatiōe torpido, p vigilia so-
nus obreperet. Quo iunior eo sane pspicitor. Es tu
me hercle senex bis puer, immo sp puer. Non addā am-
plius, ne verbū quidē vnū, iexperti est agricole anno
sam arborē trāplantare. Quis funem in puteū demit-
tat, scienterqz deiectum extrahat? Dure ceruici paran-
da est securis. Vale.

• ARGVMENTVM EPISTOLE .V.

¶ Non habendū esse cū femina commertium.

Ereor mi Francisce ne aquam in cribru inge-
ram, bouēqz ad ceroma mittā, q scilicet ad
corpus scribā absqz pectore. Quippe q sis
vel pistillo retulior, vel betho aere crassior. Nonne iu-
re cēlendus es Horeste Labeoneqz insanior non ex-
clamare libet satyricū illud O medici mediā ptundite
venam Cum meretritia voragie vscqz adeo immerga-
ris, vt inde ebullias nunqz. Cur anticygam non aduo-
cas, vt illīc helleboro cerebrum expurges Ira nasa de-
cidat dum te aceto abluam, dumqz huncus ad viuum
attингam Qui quod nō debet agit, qd nō vult adina-
uenit. Nescis insane nescis feminam amplecti, nihil ali-
ud omnino esse, quam aut hamum deuorare, aut dia-
boli viscario intricari, aut in sinu ignem quo exura-
raris deferre. Virū enim ac mulierem tanquam ignē
paleamqz nunquam insufflare cacodemon cessat, do-
nec & accendat, & inflammet, Mulibre commertiū

equo profecto, atq; igniuoma chymera euitandū est.
Semper flamma fumo est proxima, stipula quum p-
ximat, statim ignem incendit, oleūq; flammis adiicit.
Quoties feminam adis, existimes te ifernī, vt ait Hie-
ronymus ianuam ingredi, sathanecq; sagitta penetra-
tri. Femina siquidem fuit ab initio peccati aucupatrix-
eritq; semper inexhaustus malorum fomes, qd' nō ig-
norans Origenes, feminam inquit esse peccati caput,
diaboli arma, paradysi expulsionē, delicti matrē, anti-
que legis corruptionem. Nullū extat in femina mem-
brū, qd' vel avaritiam, vel latrociniū, vel proditionē,
vel ingluviem, vel luxuriam hoīes brutifificantem, nō
redoleat. Pro quibus explēdis, quid contra ius fasq;
perpetravit, tum maiorum tū minorum exemplorū
adeo latus est campus, vt satius sit tacere, q; pauca dī-
cere. Nunq; alte excogitabit, qui seminarum accessi-
bus gestiet, Scortum sī, vt cepisti, cōsectaberis, ex plu-
moso statim glaber fies, viuusq; ad cutem tōdeberis.
Illud em, vt nō inscite a Plauto scribit, mare est, vt est,
qd' des deuorat, nūq; abūdat, immo mare nō est ma-
re, sed meretrix mare est acerrimū Ethiopē dealbat q-
feminam collaudat. Bonam vel nullam vel phenice
rariorem comperies, Ecquid demum coitus est, nisi
virium eneruatio, & vt Hipocrates prodidit, leuis q-
dem morbus comitialis. Quapropter interrogatus,
Pythagoras quando concubendum esset, cum te ip-
so (respondit) infirmior fieri volueris. Vulgatum est
& apd' grecos adagiū de milesiis, q; luxu negotiaq; dif-
fluētes, oē virilitatis robur pdiderāt, palai potes anal-
cimoi milesiōi, id ē milesii qndā fortis ac si euiratos. ef-

seminatosq; dicebent, Cur igit̄ porcus ex Epicuri gre-
ge inuolueris? Cur latrine stercore depasceris? Cur
sentine sordes imbibis. Cur Sardanapali incētūis ad
libidinem plumis obdormitas, stertiscq; quinta dū li-
nea tangit̄ vmbra. Nōne in mentē venit Epictetus il-
le philosophus, qui interrogāti Hadriano impatori
quidnā amor esset, Respondisse ferit. Ocio si pectoris
molestia, in puerō pudor, in virgine rubor, in femina
furor, in iunene ardor, in sene risus, in derisore delicti
nequitia. An ignoras luxuriam leonino capite serpē-
tinacq; cauda depōngi? quoniā voluptati soror est tri-
sticies & penitentia merorq; comites subsequuntur.
Facile syrenū cātus p̄terit qui Vlyssem agat. Veneris
stimulos diffringes, si sociū fugias, studiū frequentes,
cōtemplatiōe rapiaris, ab immodico cibo vinoq; ab-
stineas. Ociosa quippe mens per illicitas sepius cogi-
tatiōes euagatur, a quibus abest semp sublimiū rerū
meditatio. A comico insuper poeta doceris, sine Ce-
rerere & Baccho Venerem frigescere, quia (ut Hiero-
nymi verbis vtar) Proxima sunt ori genitalia Vīnum
in quo (teste apostolo) luxuria est, ebrietatis incestus-
q; origo fuit. Noe primo reperto a se vino inebria-
tū, & demū a filio derisum cōstat. Lothopeā patrē, cū
filie inebriasset, ad incestū atcq; infandū cōcubitū il-
lexerūt. Vt hoi cicuta venenū ē, ita & vinū, sicuti scri-
bit Aristoteles ad Alexadrū. Nec iuria Anacharsis
retulit vīte vuas tris pducere, vñā scilicet voluptatis,
alterā ebrietatis, tertiā cōtumeliarū. Retulit et Esopus
primā craterā ad sitū, scđ am ad hilaritatē tñā ad volu-
ptatē qrtā ad insanīā p̄tiere Dido Virgiliana exoptat

in mensa Bacchum leticie datorem, q̄ & alius sit furo
ris minister. qui Alexandrū illum magnū impulit ad
interimendum cōuiuam, quem pximiorē chariorē=
q̄ habebat, necnō ad diruendā Presepoliū cōspicu-
um totius orientis caput. Lōge plura dicerē nisi hac
de re vberius scripsisse eo in ope, qđ de domesticis
externisq̄ cōuiuiis inscribit̄. Ut igitur receptui canā
summatimq̄ cū Hieronymo cōcludam, non tam eth-
nei ignes vulcania tellus, nō Veseuuus et Olympus tā-
tis ardoribus estuant, vt iuueniles medulle vino ple-
ne, & dapibus inflāmate. Vale & memineris luxuri-
osam iuuentam senilem esse penitentiam.

¶ ARGUMENTVM EPISTOLE. VI.

¶ Temporis iactura nihil esse, necq̄ pesni-
tiosius, necq̄ detestabilius.
¶ Icuti & assentari nescio, ita & mētiri nō pos-
sum si vel illud vel hoc possem, necq̄ in te, ne-
q̄ in alios certe abuti vellem. Domicianum
videlicet imitatus agnitos postremo a se adulatores
reiiciente m., & Epaminundam ne ioco quidem men-
tientem. Assentari parasiticum est, mentiri vero: in
qd̄ grauiter apud persas animaduertebatur: aut frau-
dulentum, aut irrisorium. Socrates qui primus mora-
lem philosophiam ex celo in terram deduxit, nefas es-
se arbitrabatur aut veritatem oculere, aut mendaci-
um concedere. Ne azellus in pungentem recalcitres,
errantemq̄ in viam ducenti eque gratias ac terrestri
deo agas Homo nanc̄ homini deus est. Utar autē
laconica dicendi breuitate, vt intelligas posse me &
angusta copiose (a verbo absit inuidia) & copiosa

strictim differere. Non possum non succensere ten-
tum esse, ut tantum numerus sis, ac fruges absumas,
brutumq; referas nō hominem, nec certe videoas nisi
solum qd; adest quodq; presens est, vti bestia ratiōis
expers, qua qui abiititur, is est idre inter pecora con-
numerandus. Si Sisyphi saxum reuolueres, nō ita si-
neres iuuentam in ventum abire Nec esses pythagor-
re oblitus precipientis duo tēpora esse q; maxime cō-
sideranda, mane scilicet & vesperam, Obid aiebat Ca-
to reddendam esse ōci rationem. Scribit & idem cui
Cicero astipulat, primum Scipionem africanū nū
q; minus solum fuisse quam cū solus, nec minus ocio-
sum q; cum ociosus esset Ociūm quippe absc̄ litteris
mors est, inquit Seneca, ac viui homīs sepultura, An-
tonius pius insequentis temporis adeo habēdam ra-
tionem ducebat, vt a minimo quoq; sciscitaret quid-
nam de se diceretur, emendans que bene reprehensa
erant. Temporis iactura nihil est neque perniciosius
neque detestabilius. Lucro apponitur quidquid vel
die vel nocte elaboratur. Solon vnu ex septem sapi-
entibus dicere solebat, se quotidie aliquid addiscen-
tem consenescere, Plato ita libros affectabat, vt rex
Dion suis diceret, Aristippus semper pecunias petit
Plato semper libros, Ingrēdiens lectum Aristoteles,
plumbeam manu pilam sumebat, que cum in subie-
ctum vas eneum decideret, dormientem ad studium
excitaret, Cleantes puteorum aquas hauriebat hor-
tos irrigabat, vt interdiu commodius posset in stu-
dium philosophie incumbere. Vnde vulgo phrean-
thiles, id est hortorum irrigator cognominatus est.

C

Apelles picture venustate insignis nūc tam occupatam diem egit, quin artis linea duceret. Qd & in prouerbiū cessit. Nulla dies sine linea. Plinius perire omnem tempus arbitrabatur, quod litteris non impartitur. Tanta illi erat temporis parsimonia, ut cū lector quedam perperam euuncisata repetiisset, dixerit ea in terpellatione se amplius decem versus pdidisse. Origenes neq; cibum sumebat absq; eruditā lectiōe, neq; manus habuit vnq; pugillari vacuas, semper meditabatur Hieronymus quod ad dei tabernaculū afferret. Augustinus Hieronimum obnixg orat vt se non tanq; in scripturarum campo ludentem, sed in montibus anhelantem adiuuet, qui q̄uis & senex & episcopus esset, tamen paratus erat (vtiplse inquit) a quero nondum anniculo edoceri. Taceo numerosam exemplorum syluam, ne ea composito coegisse in vnum videar ad inanem potius ostentationem, quam ad legitimam tui & admonitionem & reprehensionem. Ut preterita vnda relabi nequit, ita nec elapsum tempus reparari. Secunda currus rota, tametsi eodem in teste mone, nunq; tamen potest primā attingere. Ad qd alludens Persius sic ait in ignauum ad meridiem usq; stertentē Nam q̄uis prope te, q̄uis temone sub uno. Vertentem sele frustra sectabere canthum. Cum rota posterior curras, & in axe secundo. Arbitraris forsitan semper imberbes te malas habiturum O quanto est in rebus inane, si mortales eodem in statu usquequaq; permanerent, frustra igitur hominem & Cato bullā, & Seneca vas q̄ssum fragileq; iactatu nūcupasset, frustra Māilius cecisset. Nascētes morimur,

finisq; ab origine pēdet, frūstra senex ille Idumeus ex
clamaret, sese sicut fenum aruisse. Quorū idem de-
fleret hominē quasi florē egredi cōteriq; ac velut vī-
bram aufugere. Quorū antiquitas genio flores of-
ferebat, nili vt esset quā ocyssime vite non immemor,
q; flos mane virescens & ante vesperam arescēs, hūas
ne vite typum imaginēq; pre se ferat Nemo nostrum
est mane q; (vt refert Seneca) pridie fuerit, quū flumē
num more rapiamur interq; loquēdum immūtemnr
quemadmodum fluctus fluctū, sic & dies diē trudit,
vnde fit vt nō ab re Flaccus dixerit. Singula de nobis
annī predant euntes. Quid plura? si lōgissimā nostrā
vitam cum eternitate conferas, in eadem pene breui-
tate erōt, qua bestiole quedam sunt, quas Aristoteles
Cicerōq; commemorant apud flumē ab Europā pō
tū influens, vno eodēq; die & nascētes & morientes.
O quā verissimū est Horatii carmē. Vite summa brē
uis spē nos vetat inchoare lōga. Multa siqdē inter os
& offam, multa inter manū & mentū mīta īter calicē
et supīma labra accidere pñt Sicuti Anceo Antinooc
ac Chalcāti euenisce legit, vt obiter Andragorā Cor-
nelium Senectionem Cesares duos Aulum Pompe-
ium Lucium Vallam Iulium medicum Appium Sa-
nfeium Anacreontem poetam repentinō inopinoq;
fato oppressos conticescam. Ista & id genus alia pen-
sitabis si tibi occurrerit Ouidianum hoc distichon
Dum vi res annicq; sinunt tolerate labores. Sic vobis
nullum tempus abibit iners. Prepares senectuti non
iniussum a Platone viaticum, nulliquæ casui obno-
xiū, vt quo te conferas illud tecum tanquā securūs

Bias deportes. Inexhaustum indefessumq; Herculē
imiteris, qui in ea qua tu es adolescentia, voluptariās
omnes illecebras abdicauit, seque vni tantum virtuti
addixit, q; voluptas momētanea sit (vt voluit Plato)
malorum esca, virtus autem eterna laborum merces.
Neq; Achillem aspernandū putas qui breuem (vt est
apud Homerū) vitam maluit cū gloria, quā longissi-
mam absq; gloria. Semp Catonē pre oculis habeas,
quem affirmat Cicero ita ad extremā usq; senectutē
vixisse, vt se frustra natum non existimaret Vale,

ARGVMENTVM EPISTOLE, VII.

¶ Q; pueri ab optimo p̄ceptore cādidis tū •

litteris tū moribus sint imbuēdi,

Pero certe pilam forē meam Franciscē amā-
tissime, si neq; tu sis rubo arefactio p̄fracti-
or, neq; ego asellum male parentem in ru-
pes protruserim. Adhuc hastam non abiitio nec ha-
rene cedo, in quam cum tecum digladiaturus descen-
derim, haud in reciariū (si sapias) ferula depugnabis,
sed dīgitū exeres, herbamq; (ni fallor) porriges, neq;
Turnū pudebit Enee manu cecidisse, immo toto au-
diēte theatro exclamabis Tua est Fauste Lauinia cō-
iunx, Costas ferro miras transadigā, vt te demū pe-
nitentem intuear, neq; preceptoribus monita veluti
aquam mortario contundentem. Quis non mare ce-
lo commisceat, vt eandem cantilenam recitiam quum
tu vix pubescens studeas quottidie, nunc hoc, nunc
illud scortum demolere vt Salax ille iuuenis, a Cato-
ne Censorio redargutus, q; semper fornicem inhabi-
taret, & quod iniquiore animo est ferendum, a peda

gogo non modo non reprehendaris , sed tota impun
ne suburra permittaris sparsisse oculos . Ambo cer-
te digni estis , qui ad areopagum citemini , cui nisi vta-
riusq; vitoratio comprobetur , haud mediocrem (vt
par est) penam luetis . Non ita profecto lasciuires , si
fuisses ab eo , vt decuit hec edictus , siccirco puerum
pretexta indui , vt ex purpure rubore ingenuitatis
pudore regatur , cordisque figuram in bulla ante illius
pectus annexi , vt eam inspiciens demum se ho-
minem cogitet , si corde prestiterit . Sumpta autem vi-
rili toga , amplius non oportere nucibus ludere nec
a senis latere , quoad possit & liceat unquam discedes-
re , sicuti & Alcibiades a Socrate , & Cicero a Sceuo-
la aut nunc abcesserunt aut raro , vt verum esse videatur ,
quod a Satyrico poeta conscriptum est . Quedam cum
prima resecantur crimina barba . Alia vita , alia dieta
alii dies aliam vitam , aliosq; mores postulant . Non
eadem est etas , non mens , Paulus Christi apostolus
quum esset admodum parvulus , omnia ut parvulus
& loquebatur & agebat , demum vir effectus omnino
no parvulum euacuauit , vetusq; fermentum expur-
gauit . Preceptor qui non tam litteris quam mori-
bus insignitur , est cum ab aliis tum a te potissimum
eligendus . Oportet enim puerum (si Aristoteli est
credendum) perinde a pedagogo atque cupiditatem
a ratione gubernari . Natura tenacissima est eorum ,
que rudibus animis perceperit . Iuxta Flacci carmen .
Quo semel est imbuta recens seruavit odorem Te-
sta diu , Verum deteriora usque adeo tenacius inhe-
rent , ut elui possint nunq; , Quādo facilius bonum in

pelus, quam in bonum vitia conuertuntur. Spartani ciuitum suorum oculos a contemplanda asiatica ionis catq; luxuria retraxerunt, cum aliquato faciliorem virtutis ad luxuriam, quam luxurie ad virtute*m* transi- tum viderent. Leonydas pedagogus Alexandrum Philippi Macedonum regis filium vitiis quibusdam imbuit, que robustū & magnum quoq; regem sunt prosequuta, Neq; Aristoteles, cui ille postea operā dabant, potuit vitium extirpare a puerili institutione imbibitū, adeo a teneris (vt inquit Virgilius) assue- scere multum est. Plato cum quendam alea luden- tem redargisset, ille autem diceret, quā parua o Pla- to reprehendis At non paruum est (respondit) con- suetudo . Quis Platonem nō audiat in libro de sanc- titate admonentem in primis iuuenum curam susci- piendam esse, ut quam optimi viri fiant, quemadmo- dum bonum agricultorem teneriores primum plan- tas curare decet, ac aliis deinceps prouidere. Si sco- le literis prodeissent, moribus autem obessent, potis- or Quintiliano videtur bene viuendi ratio , quam vñ optime sciendi. Plura quidem scire, aut bene beateq; viuere summa esse laudem affirmat Augustinus, si facere vtruncq; non possis longe melius esse bene vi- uere q; plura scire. Percunctante quopiam quenam pueris discenda forent, hec inquit Agesilaüs quibus viri usuri sint, Sed quoniam Horatius memorie pro- didit, neminem absque vitiis nasci, optimumq; esse qui minimis urgeatur. Preceptoris virtutes, non vi- tia sunt imitanda, sicut Rome apher quidam, qui pre- ceptoris alioqui eruditissimi, se omnino emulum pu-

tabat, si eius lingue stridorem & oris tantum vitia ex
primeret. Neque vitii esse ait Hieronimus hominem
laudare in aliis & in aliis accusare. Extollit in Tertuliano
ingenium, sed heresim damnat. In Origene mirantur scri-
pturarum scientiam, non tamen recipit dogmatum
falsitatem. In Didymo, & memoriam et super trinitate
fidei puritatem predicit, in ceteris que Origeni
male credidit, ab eo se retrahit. Quemadmodum do-
ctus preceptor, ambobus (ut aiunt) brachiis strictim
est amplectendus, ita & indoctus manibus pedibus
et reiiciendus. Nemo non esurit, qui cum famelico
debat, Ex imperita officina, non nisi expers artifex
exit Mali corui malum ouum nascitur. Mala arbor
haud bonos fructus parit. Alcybiades pugno ma-
gistrum percussit, qui se non intelligere Homerum
fatebatur, adiutque alium homeri non ignorarum. Ale-
xandro magno impensis adhereas dicere solito, se
a Philippo patre viuendi, ab Aristotele vero precep-
tore bene viuendi rationem & causam esse assequi-
tum. Philippus epistolam ad Aristotelē scripsit, qua
diis gratias agebat, quod sibi contigisset Aristotelis
temporibus Alexandrum nasci. Hoc etiam de Sogra-
te fecisse Platoneum constat. Iure igitur cecinit Iuuena-
lis. Diū maiorum umbris tenuem & sine pondere ter-
ram. Spirantesque crocos & in urna perpetuum ver-
Qui preceptorem sancti voluere parentis Esse loco.
Dedi absynthium melle (ut sentis) conditū. Dulcia
ymes nutriūt, amara ymo aut expellūt aut enecāt. Va.

ARGUMENTVM FPISTOLE. VIII.

Labores ocio anteponendos.

Et mihi sane quamdifficillimum Philippe,
omniū quos terra sustinet ignauissime, aut
aruncam aut venusinam in te satyram non
scribere, qui in vtranq; aurem, ac in vtrunq; oculum
ceu vitulus marinū ita obdormites, vt a somno ip-
so, videaris eo ramo quassatus, quo virgilianus Pa-
linurus soporatus depressoque est. Nec a graui isto
lethargo queas neque a me nec ab alio excitari, quā-
uis aqua calidissima abluaris, voceque stentorea ite-
rum atq; iterum conclamiteris Gliris somno turges-
cis. Qz dubie cene assuecas Esopi patina soporem
irritas. Ad nature necessitatem somno est indulgen-
dum, quod amplius est, ad inertiam, pernitiemque
est. Additur vite, quod somno demitur. Nam dū
aliquid (vt ait. M. Varro) mussitamus, pluribus cer-
te horis viuimns. Audi quid de somno (vt alios in-
terim conticescam) dicat Ouidius Stulte quid est som-
nus, gelide nisi mortis imago. Longa quiescendi tē-
pora, fata dabunt. Disce & a Plinio, gallos excitan-
dis in opera mortalibus, rumpendoq; somno esse a
natura genitos, cum sole cubitum eentes, quintaq;
castrensi vigilia ad curam laboremq; reuocātes. Nec
solis ortum cautis pauentes obrepere Agesilaus lace
demoniorum rex somno eo (vt refert Plutarchus)
vtebatur, non qui imperaret, sed cui a rebus gerēdis
imperaret. Alexāder magnus dicere solebat, duobus
se potissimū causis mortalitatē fragilitatēq; hūanā in-
telligere, sōno scz & coitu, q̄s sola nature ifirmitas pa-
reret. Studio aduersat sōn⁹. Illud elucubratiōis ē. hoc
aut laxatōis aut desidie. Simplicare sorbereq; difficile ē

Nasturtium, quo Perse pro somno vtebatur, nō pā-
pauer, tibi est edendū, nec eorū similis efficiare, qui &
ociū laboribūs, & rubiginē splēdori prestare putat.
Si tuīs te pingo coloribus, mihi tñ istic necq; serīs ne-
q; metit, nōlo tibi esse nec tutor nec patruus. Sed ne a
more Horatiano sim alienus Alba linea, omnem vite
colorem exequor. Satyricorum partes sunt ne sibi q= dem
ipsis parcere, vt demum in alios tutius liberiusq;
inuehantur, tuto linguam contra ceteros stringit, qui
anteriore se se mantica intueatur. Est enim scenico non
indignū, si Clodius accuset mechos. Catilina Cethe-
gum In tabulam Sylle si dicāt discipuli tres. Et de vir-
tuteloquuti clunem agitent. Nemo non nouit Cice-
ronianum in Catilinam morsum, debere omni vitio
carere, qui in alium sit paratus dicere. Ecquid demū
inertia est, nisi nascens in latebris languor, ex otio tor-
poreq; proueniens, que quidem ab Atheniēsibus nō
aliter in forum, q; delictū aliquod protrahebatur, vt
ad laborem industriadq; excitaretur. Tibi aurem
quidem vellico, ceterū penelopes telam retexo. Quū
tu cuculo, lacerta, lupo ceruario, ac curiōe sis obliuio-
sior, adeo mentem habes cymeriis tenebris atriorem.
Non forsan culmos excutiam in eos, qui albīs affec-
tant equis precedere. Quiq; tuo ipsius exēplo deter-
reantur ab huiuscemodi inertia. Optimum est aliena
bene vti insania. Iuxta carmē illud vulgi sermōe, p̄trī
tū. Felix quē faciūt aliena pericula cautum. Vale.

ARGVMENTVM EPISTOLE. IX.

Q; ideo ep̄las scribat adagiis scatētes, q; a
paucis magna & moralia cōlectunt.

Odum Andrea si in scyrpo queris, & apianas, tricasq; inuestigas cum a me petis, cur epistolas scribam vndiq; adagiis scatentes, vixq; ab Apolline intelligibiles, luxta epigrammatiū illud. Nō auctore tuis opus est, sed Apolline verbis, filum disrumpam mansumq; in os inferam. Posteaq; māme lallare, & buas atcq; papas ifantiliter balbutire non desinis. Ne scilicet videaris aquam ex pumice, aut ab asino lanam postulare, linumq; lino connectere, & ab eo velle nandi modum ediscere, qui nū quam vel cortice v̄ vesica natauerit. Ego (vt scias) nō consulto scribendi stylum obscuro, vt tenebras iſidiū cibus offundam, sicut & Nigidius figulus & Herachius Ephesius de industria fecerē, Ille vulgo culpatus est, hic Scotinus cognominatus, ob immodicam scilicet quam affectauit intelligendi cecitatem. Sed ne claudi more pilam tenere censear, tentandam esse orbitam duxi, nulli haſtenus protritam qua me quoq; possim Tollere humo, victorq; virum volitare p ora Ingenerosum est (vt ait Seneca) sapere solum ex commentario Nullum certe preuium sequor, vel pessimū vel optimum, ducē me ipsum habeo Publicam viam perambulat, vel occecatus Phyneus, non vtendū est aliorum filo, nam crābe bis posita (vt grecorum pa-roemia fertur) mors est. Si non detur cacumen ascendere, laus erit radici non adhesisse, In magnis (vt inquit Propertius) & voluisse sat est. Quid vtilius habes puerbiis, que succosa breuitate vberiorē sensum moralemq; disciplinam cōpleteuntur? Prout egit & Salomon quē refert Hieronymus adagiis yite institu

ta composuisse. Ille vna, ego alia incedo via. Produbia talpis tenebris cosa, lyncibus spicula. Nihil est de-
dalo inuium, nihil decocto in expertum, nihil alchi-
menidi impenetrabile. Sagax canis latetem ferā odo-
rat. Debet oratio, qua & Stoici vtebantur tanquam
punctum esse, cui nec addi quicquam nec diminui
queat, quo ludat extra omnem aliorum aleam. Non
inferior Ciceronis ingenium Romano imperio par-
fuisse latineq; facundie pomerium protulisse, tamen
a Caluo attritus, a Bruto elumbis vtpote superuaca-
neus eneruatusq; nuncipatur. Nonne angustum est
legis scriptum, Interpretatio autem latissima? Pal-
mam obtinet, qui mare concha includit. Ceterum di-
scipulus haud quaquam improbandus est, qui quod
ignorat sciscitur, preferens aliena verecunde disce-
re (vt facere Plato consueuerat) quam sua impuden-
ter ingerere Ne Hieronymus cum stomacho loqua-
scire quod nescias. Acum inuenit, qui acum querit,
viam qui nescit, qua deueniat ad mare, eum oportet
amnem querere comitem sibi, Quisquis manibus pe-
dibusq; admittitur veritatem in profundo (vt voluit
Heraclitus) demersam indagare, necesse est docto-
rem vti Sybilla phebo numine destituta, Museum
interroget, neque indocto se committat. Nam si ce-
cus cecum duxerit, ambo in foueam deciderint: Ra-
ra profecto avis est, eum fieri magistrum, qui nun-
quam manum ferule subduxerit. Tametsi Manilius
senator. L. Apuleus, Syssarion statuarius & diuus
q; Augustinus, insignes doctore nullo fuerūt. Ver-
nō vna hyrūdo nec estate calid'vnus dies efficit. Va.

FAVSTI POETE RÉGII CARMEN IN OBITU
Guidonis Rupefortis Francie Cancellarij
nunquam satis laudati.

Corruit heu vulso fortis munimine rupes
Qua sedes clarij stabant amena chori
Gratam iterum tibto sedem quesuit in orbe
Nec compos voti est musa nouena sul
Alta igitur raptum sequitur super astra Guidonem
Hinc ceca, ex nicto lumine, terra iacet.

IDE M DE EODEM,

Haud nouit sorti thesaurum rupi latenter
Proh ceco ignavius pectore gallus erat
Mulciber irato fossis ioue iussus ab antris
Eritulit in superos depositusq; polos
Assequitur tanto rectos pro munere gressus
Vnde fit id alie gravior ille dee
Nec curat (tanta est directi gratia) tali
Martia lasciuo membro fovere sinu
Amissum infelix thesaurum Gallia deflet
Sed que tarda venit, vana querela venit

IDE M DE IOANNE GANE O GUIDO
nis Rupefortis dignissimo successore.

Ecquis palladia subnitit mente negabit,
Omnibus alternas rebus inesse vices.
Ecce iterum lux est tenebroso redditu mundo,
Et creditam oto pristina forma chao.
Sed nulla est franca tellus illustrior ora,
Tanta re lucentis lumina solis habet.
Nam meus astrigero Ganeus ab orbe retrahit
Francia laurigeras in loca sancta deas.
Quas secum insignis Francæ moderator habenat,
Dux erat in superas Guido beatus opes.
In noua sie abicit conuersus gaudia mœror,
Nec minor est Francis fama renata plagiis.
Duret Ioannes ceruo uiuacior ipso,
Lumine ne rursus terra sit orba suo.

Finis nouem epistolarum adagialium. P. Fausti Andrelini
itura musarum videlicet numerum & triū quo
charites sunt) Epigrammatū. Lipsiae ex ædi
bus Valentini Schumannī Anno.

M.D.XXI.

